



CVII
207

LACHRUMAE

Funebres effusæ

*In obitum prematurum & inopinatum
sed tamen pium ac placidum Viri
Juvenis,*

PRÆSTANTISSIMI LITERATISSIMI
ac Politissimi

DNI. JOHANNIS HOFMANNI
Serveſtâ-Anhaltini SS. LL. Studiosi ſolertiſſimi
ex lethali vulnere die 30. Maij ſtyl: nov: piè
defuncti.

a
Fautoribus & amicis, con-
ſcripta.



Typis Laurentij Segebadij,
M. DC. XXXV.

B

LAOIRIUM

In nomine domini Amen
Hoc est liber primus
de rebus et personis

de iure et de officio
de iudicibus et de advocatis

de testibus et de iuramentis
de actionibus et de exceptionibus

de iudicio et de executione
de appellationibus et de rebus in iudicio

de iudicio et de executione
de appellationibus et de rebus in iudicio

de iudicio et de executione
de appellationibus et de rebus in iudicio

de iudicio et de executione
de appellationibus et de rebus in iudicio

de iudicio et de executione
de appellationibus et de rebus in iudicio

de iudicio et de executione
de appellationibus et de rebus in iudicio

de iudicio et de executione
de appellationibus et de rebus in iudicio

de iudicio et de executione
de appellationibus et de rebus in iudicio





Ultorem Themidos damnosa Cachexia
mortis
HOFMANNUM nostrum lethali vul-
nere merfit,

Quem *Pietas, Virtus*, legum jurisque Togæque
Eunomie decoraverat, *Hunc* male SANGUINE
GAUDENS

INSONTI, miserum vastavit cæde cruenta
Ut nautæ jam nunc teneatur solve re naulum
O dirum facinus! spoliavit lumine corpus
IMPROBUS, ante alios scelere est immanior
omnes,

Ergo iudicio *Domini* sistetur iniquus
Atque dabit pœnas Furiis, ni Fata resistant.
Noster at HOFMANNUS cœlorum sede poti-
Utitur ambrosiæ succis & Nectaris hausti; (tur.
Nomine nam JESU nostri sua Fata subivit.

*Hanc veræ condolentiæ aram in præmaturum at
beatum obitum concivis ac amici sui perchari
festinans erexit.*

*Botho Henricus L. Baro ab
Eulenburg.*



πρὸ σὺο δικαιοσύνης πῆρι ὠφελέει
 Παιπόλλης ὄη τ' ἄν ἔοι, πλὴν χειρὸς ἀτίμης
 Τὸ ξίφος ὡμῶς μανιακὸν κλέα σ' ἔβαλε γαίῃ.
 Τῆς μανίας Φονέει! ψυχῆ αἰδι πρὸς γαίῃ
 Τέτ' ἴφθιμος θεός: ἀλλὰ πανίλαον ὄμμα
 Αἰδῶ σε πλῆτσει ἡμῆ σ' ἴη τε.


M. Valentinus Baumgart.



Spes Patris quondam & solamen JANE fuisses,
 A spe qui dubium nomine nomen habes.
 Si non ante diem rupissent stamina Parca,
 Quae per fas rapiunt singula perque nefas.
 O breve naturae specimen! flos blande juventa,
 Blandidior patriae decidis ante diem
 Tempore sub verno vita, sub tempore verno,
 Qui longo vita tempore dignus eras.
 Spina per aestatis multos viret hispida soles,
 Sed rosa mane virens vespere languet humis.
 Sic fuit in fatis; manet immutabile fatum,
 Fato scripta Dei stat sua cuique dies.
 Sed quem flemus ab hac mundi migrasse palastrâ,
 Exposuisse suum debile corpus humi;
 Hujus nunc animam letamur ad astra superni
 Caelicolum victâ morte volâsse throni.

Amico suo desideratissimo P.

Bernhard Tessin Nob.
Rom.



UT quoque mihi lachrymis labentibus udae fluescant
 Lumina, si Vitae stabilis aura meret;

Pun.

Punctio si cordis meret impetuosa Parentum,
Qui vivum ex Nati funere funus alent;
Anxia si Pietas quondam Inspectoris, Amici
Nostri si quicquam participata merent:
Vulnera hiulca novi, per funus flebile, luctus,
Hoffmanni Cineres scilicet omne merent.
His bustis quoque larga darem mea Lumina fletu
Addere si, quicquam posset honoris, Amor:
Aut desiderium quam pectus grande fatiget
Usque meum, si mens dicere nostra foret.
Hocce tamen dicam: LAUS VIVA, HOFMAN-
NE, BONORUM,
JUDICIUM PRUDENS DUM MODO
STABIT, ERIT.

Vos verò, ô mæsti, per Nati fata, Parentes
Quod fuit, id vestrum sit quoque velle DEI.
Non obitum Nati solùm reputate, sed ipsam
Causam, ex quâ cunctos talia Fata manent,
Peccatum dico: præcessit, certa que lex est
Nos vestrum Natum cras hodie vè sequi.
Esto hominum: immatura gematis Funera Nati,
Christianùm contra, hæc fata, ut ametis, erit:
Nempe illam partem, quâ vivo funere mersos
Nos terrena rotant, gaudia Diva capit.

*Condolentiæ intimæ ergo contestanda,
lugens asseripsit*

*Jobann. Philipp. à Pobschutz.
Eq. Siles.*

Condoleamne tuis, Hoffmann, Parentibus
Tenato? potius condoleamne tibi (orbis
Quod tam morte cita praeventus, vere tepenti
Ceurosa rosa unca falce maritat humum,
Sic exspirasti? Pietas prius eligat ipsa
Si modo sit pietas condoluisse neci
Defuncti in Christo: mihi sed magis esse videtur
Par, ut Caelestis grater honoris opes.
Fata quidem cita sat, bona sat tamen inde viden-
Quod tibi maturent secula leta poli. (tur
Frustra ergo lachrymis onerârim busta: per auras
Fallor? an hos fundunt pallida busta sonos?
Per mea Fata hominem me nempe fuisse probavi,
Sed quid homo ipse sies per mea Fata probes.

Amicæ condolentiæ ergo
adposuit

Joh. Christoph. à Luck,
Eq. Siles.



Prosopopœia piè defuncti ad mœstis.


Parentem:

Fata tui breviter si vis cognoscere Nati
Chare, sed hocce meo funere, mœste parens:
Hic amat esse sacrae Triados mansurus amator,
Dulciaque in caelis otia lectus agit,


Nulla

Nulla adversa pati, Jova æternisque fruisi,
 Possè videre Deum Coëlicolasque, datum est.
Despicit ex alto fatui deliria Mundi,
 Exoptata ipsi est euncta per æva quies.
Gaudia non amat hæc, quisquis se non amat, ipsum
 Exoptatque suum cernere posse Deum:
Et mea qui nimio infestabit Funera planctu,
 Invidisse mihi hunc tanta putabo: Vale.

Georg. à Verder
Eq. Siles.


VIta quid? ad mortem cursus: quem currere
 Est circumspectæ dexteritatis opus. (cursum
In stadio currunt cuncti, sed dispare cursu:
 Hic pede veloci currit, at ille pigro.
Diversi cursus merces diversa paratur;
 Qualis erit cursus, gratia talis erit.
Ut vivis, finis; finem sine fine sequetur,
 Si bona, vita poli: si mala, mortis iter.
Hoffmannus vixit, qui nunc sine crimine vivit,
 Ut cuperet Christi vero in amore mori.

Heinricus Tobias Oberleuder
Nobil.



FAti Vis dura est & inevitabilis unquam,
Occæcat, perdit, celeri determinat ausu

Incer

Incertos Vitæ fines. Hoffmannæ patefcit
Hoc in te; Quis enim properæ tibi nuncius ho-
Aut feræ mortis vates? Aut cautus in horas (ræ?
Nocturnæ ficæ punctus vitare doceret?
Vah pereat fatum qui fic promovit acerbum.
Incertos casus & sæva pericula Mortis
Nos precibus triftis tua Mors vitare docebit.

*Condolentis adfectus contestandi
gratia adposuit*

Erhardus à Brandt.


Optio si data sit Musarum aut Martis adire
Artis post habitis Martia castra velim.
Tutior in castris acie pugnans & oberrans
Quam nil formidans Arce Philippus erat
Musarum in castris nil formidamus acerbi
Nos tamen in cautos plebs male sana petit.
Hunniades Hoffman perierê per arma malorum
Quis scit an in bello Mors rapuisset eos?
Sic furit in Musas plebs indignata benignas,
Demonis instinctu sic jubet Ebrietas:
Non pius Hoffmannus quidquam molitus in illos
A quibus illata est Vis inopina necis.

Sed

*Sed Deus est Vindex: furor hic sceleratus in altum
Surget, & occisi præmia justa ferent.*

Lugens adponebat

Achatius à Brandt.



HErdesiane, comes symmista & fidus Achates
Qui tibi semper erat, vulnere vah cecidit!
Neu plores: Vitæ finis manet omnibus, omni
Est incerta dies, Vivit at usque Deo.

συμπάθειας ἔνσκα faciebat

*Adamus V Wolfgangus à Nettel-
horst.*



DUlm patriam, patriosq; lares Hoffmannus a-
Sacrate Themidos, Pieridumq; fugit: (more
Mors ipsum violenta rapit, mors horrida, tetra,
In medio ætatis flore, vigore rapit.
Sed rapiat corpus, mentem dum perdere nescit,
Mentem, quæ spernit tela cruenta necis.

*Bernhardus Zieriz Brandenb.
Marchicus.*

C

JOH.

JOHANNES HOFEMANNUS

ἀναγρ.

AH: FUINE HONOS? AN MENS?

Defunctus ad amicos,

Quid meam quæso, ô socii, cruentam
Plangitis cædem? quid anhela palmis
Corda pulsatis, mei amici & usu &
Sanguine juncti.

An, quod injustâ rigidi latronis
Concidam sicâ? sed honesta res est
Ferre non pravum, quid? an ingenî alma
Vena querenda?

Ast redemptorem mihi nosse tantum
Sufficit, mundum jubeo valere;

AH: FUINE ingens ibi HONOS? AN arsit
MENS pia Christum,

Unicum rebus miseris levamen
Hoc, sed horrendum mihi contigisse
Dicitis fermè interitum? at beata
Nulla tremenda.

Num, quod æternæ mihi lustra vitæ
Pervicax sica acceleret, dolendum?
Invium miro pater ipse olympum
Ordine monstrat.

Catefj

Cæterum vasti, subeunt tumultus
Saucium pectus, superimminentes
Ultimo seculo; his dare terga tutum
Nonne putandum?
Ergò vel tandem mihi gratulantes
Ponitis luctus? ego, si liceret,
Vestra plorando mala prævenirem,
Dî meliora!

Johannes Franc VVilstrîa
Holsatus.

O Mea si possint liquefcere lumina in undas
Intimam ut Hoffmanno tester amicitiam,
Ab dolor! ut primum vix florida germinat ætas
Hunc necat invisâ Mors truculenta manu.
Musarum hic cultor constansq; in rebus agendis
Fidus amicitia Pythius alter erat.
Dignus amore meo, dignum hunc amplexibus opto
Mollibus amplecti cumq; fovere meis.
Sed nil vota juvant, non audit dura vocantem,
Ullius flecti nescia, Parca, prece.

C 2

Ergo

*Ergo vive, vale, novā percipe gaudia cæli,
Vive, vale cordis portio magna mei.*

Johannes Rumpius Myto-
vienſis.



O *Mnia sunt hominum tenui pendentia filo!*
HOFMANNI verum funus id esse notat.
Unâ horâ sanus mox ferro punctus acuto
Hic jacet, autorem nescius ipse necis.
Vive vige, ô HOEMANNE, cui primordia vitæ
Dulcia, sed medium finis amara fuit.
Sunt perpeſſa quidem mortis tua membra rigorem,
Sed jam nonne dies ille doloris abeſt?
Nomen & omen habes nunc ô HOFMANNE beate
Aspectu fruereſ qui recreante DE I.
Aspectu fruereſ Regis regnantis in ævum,
Huncce loco Regis tu reverere tui.
Interea innocui profuſi ſanguinis autor
Dignus qui peſſum ſanguine ruruſus eas.
Dii tibi dent nulloſq; lares, inopemq; ſeneſtam
Et longas hyemes, perpetuamq; litim.

Albertus Jone Jun.
SL. & Ph. l. pract. Stud.

JOH.

JOHANNES HOFMANNUS,

P. άναγε.

ANNUO! NEFAS HOMINIS!

A NNUO & ô utinam casu in meliore, feroq;
Tristis ad exsequias carmen, amice, tuas.
Grande NEFAS HOMINIS! scelus execrabile fice,
Quâ meus HOFMANNUS mortuus (ecce!) jacet.
Ah melius fatum pietate, ah longius ævum
Ingenii meruit dexteritate sui!
Debuerat magni fructus carpisse laboris;
Sed cadit & tristi vulnere fata subit.
Lucrum hoc non jactura, capit jam digna labore
Præmia, quæ vivo fors quoq; nulla forent.

Georgius Martini Brem.



Parodia ad XXVIII, odam Horat:

TRisti quid potius die
Hoffmanni rogitem? prode reconditum,
Judex summe Deus virum:
Dextræ prode NEFAS vi sapientiæ
INFANDUM OH! juvenilibus
Annis eximium sternere qui truci
HOFMANNUM ausus erat manu!
Occultum retegas vindice dextera.

b2

C3

Sic

Sic NOS justitiam tuam
Psallemus faciles, sic tibi carmina
Grati nuncia pectoris
Dicemus, Sapiens, omnipotens Deus
Terram qui regis & polum,
Occultum facinus nunc sapientia
Aprico exposuit tua
Ter sanctæ Triadi gloria, laus, honor.

Franciscus Friso, Frisius.



Impius heu! toto nunc Mars & Mors furit orbe
ARMA ARMA omnes pro religione gerunt.
Incidimus dolor heu! in tempora pessima, pacis
Nomen Amorq; Fides exulat & premitur.
Candida si quis ait nigra accipienda memento
Qui pacem spondet mox ferus arma capit.
Militat omnis homo cum Mundo cum Cruce, Carne
Cumq; sua quivis tristia bella gerit
Et tibi pugna gravis Juvenum decus atq; Corona
O HOFFMANNE fuit, Mors fera namq; probat.
Quid juvat innumeros te pervolvisse libellos?
Quid pietas probitas doctaq; fama juvat?
Nunc cadis uno iectu Sica qui cura parentum,
In tumulo nostrum delictumq; jaces.
Gaudia nostra jacent, date tristia carmina Musa,
Non ego jam lachrymas continuasse queo.
Antiquas vestras divini fluminis undas
Linqute, nunc aliis ora rigentur aquis.

Scd

Sed cum post **PLANCTUS PLAUDUS** post **NUBILA** redde
JUBILA tersummus, mittite tristitiam.

Mittite vos gemitus, & edentes pectora curas

Et lachrymas tristes sollicitosq; metus.

Interea in tumulo tranquilliter ossa jacete,

Ultima dum veniat Judicis hora **DEI**.

Henricus Olvenstet,

M. S.



Nobilis es superz factus nunc *aulicus* aulae,

Ergo **HOFFMANNE** tenes nomen & omen idem.

Johannes Mullerus *Gransoã-*

March.



Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to include names and possibly a date or location.



Cl 1926

ULB Halle 3
001 556 118




Stk. 6 = Handschrift

Sb.

Paul Friedrich
Buchbindereimeritor
Merseburg a. S.

1017





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

B.I.G.

Farbkarte #13



207
U MAE

ufæ
& inopinatum
cidum Viri

ITERATISSIMI

HOFMANNI
Studiosi solertissimi
Maij styl: nov: piè

icis, con-



Segebadij,
V.